

## Propositio Prima.

Altitudinem solis vel lune seu stellarum supra orizontem et distantiam eorum a zenith cognoscere.

**A**ptabis instrumentū super aliquo plano: taliter: q̄ latus a b. orthogonaliter sup superficiā orizontis tui in quo es stet: id fiet: dum filum pependiculi libere in medio foraminis sui stabit: quo sic stante: moue regulam a e. donec radius solaris: aut lunaris foramina pinnularū pertrāseat siue radii visuales ab oculo tuo ad stellam. Et in ea re cautelam summā adhibe: qđ hec duo simul fiant: scilicet q̄ pependiculi grauitas filum in medium foraminis sui trahat: & q̄ radius luminis aut visus per pinnulas incedat. Tunc em̄ vbi linea a e. secat latus rectum aut versum. Numerum partium considera: cū quo numero partiū intra præsente tabulam & inuenies gra. m̄. & 2a. sibi correspondentes. Tot em̄ gradibus & minutis eleuat sol: luna: vel stella: supra orizontē: si numerus partium consideratus fuerit in latere verso: & tunc residuū de 90. est de distantia solis: lunæ vel stelle a zenith. Sed si numerus partium consideratus fuerit in latere recto: tūc gra. m̄. & 2a. sibi correspōdentes: ostendunt distantiam solis. lunæ. vel stellæ a zenith & residuū de 90. erit altitudo solis. lunæ. vel stellæ supra orizontem. Sic recto lateri correspondet distantia a zenith: verso autē altitudo supra orizontem. In his suaderem vt primo vice pependiculi situaretur lapis optime planatus: ita vt eius superficies plana omni quaq̄ superficiē orizontis corresponderet seu æquidistaret. Post in vsu: latus a d. instrumenti situet. super planum lapidem: ita q̄ a b. & d c. orthogonaliter erectis: circūuoluerēt instrumentū: & regula a e. tam diu leuaretur aut submitteret donec radius tabellas ambas penetraret: & tunc numerus partium in altero laterum notaret. Illud quidem in declinationibus solis cognoscendū perutile foret. Exemplum: aptato instrumēto & eleuata regula a e. abscindat latus versum in. 100. partibus. Cum. 100. intro tabulam: reperio q̄ arcum quattuor gra. 45. m̄. 49. 2a. Tantus est arcus altitudinis solis tūc supra orizontem. Sed si abscinderet latus rectum in. 100. partibus: tanta esset distantia solis a zenith. Residuū itaq̄ scilicet. 85. gra. 24. m̄. & 11. 2a. esset altitudo eius supra orizontem.

Sequitur modo Tabula.

A iiii